Universitätsbibliothek Paderborn

Res à S. Ignatio Loiola Societatis Iesv Parente Gestæ

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniae, 1622

Innocens renunciatur. 81

urn:nbn:de:hbz:466:1-44900

Visual Library

bat, an quà fortè inſcius deerraſſet: facilis ſequi, ſi ad meliora duceretur. 81 Cauſſa diu ampliata, Vicarius denique innocentem IGNATIVM renunciat, ac publica ſententiâ aduerſus calumniam lata, ſimul illum ſocioſque è custodia educit. Humano iudice defenſam innocentiam, mox tribunal etiam cæleſte vindicauit. Poſteà enim quàm de carcere exijt, mandatum IGNATIO eſt, vt abiecta veſtis inſolentia, habitu cum ceteris communi vteretur. Atque in eam rem datũ negotium cuidã Ioanni Lucenæ viro ad hoc genus officia cõſuefacto, qui veſtiẽdo IGNATIO, de quæſita ſtipe pecuniã cõficeret. Verũ vſus ita venerat, vt ambobus ad ędes quaſdã primarias delatis, magna vis hominum ſe oſtenderet, qui ad pilæ ſpectaculum intendebant. 82 Ibi homo nobilis (nomen adſcribere